UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies Meditationibvs illustratæ

Paderbornæ, 1697

S. Jvlianvs & Basilissa.9. Januarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62968

Visual Library

S. IVLIANVS & BASILISSA.

9. Januarii.

Gaudete, quod nomina veſtra ſin ſcripta in Cœlis. Chriſtus. S. Luc 10.

IVLIANVS unicus Parentum clariſſimo
Filius, primam ætatem Muſis conſecravi
Eæ Virgines in Clientis ſui pectus amore
Virginitatis cum litteris inſtillârunt. Sed o
ſtitêre votis Parentes caſtas aures Hymenæ
identidem pulſantes. Itaque à cælo ante p
ſomnum armatus BASILISSAM duxit. V
rùm precantes thalamo cœleſtis primùm
dor afflavit; mox de ſervando pudore
ſermocinantibus, cum Matre aliisque Cœ
tibus Chriſtus ſupervenit, qui & auden
bus animos addidit, & utriusque nomi
Vitæ libro deſcripta oſtendit. Ita Virgo o
it BASILISSA; IVLIANVS verò etia
Martyr; qui dum ad ludibrium totâ u
vinctus circumducitur, CELSVS mali
dicis non malus Filiolus conſpicatur eu
non tam inter lictorum, quàm Cœlit
manus inambulare. Pedes proinde Ma

ris complexus, & Chriſtum puer non pueriliter & ipſe faſſus, cum JVLIANO ad ignem damnatur. Sed virtus proba è flammis ſplendidior nimirum exit, creſcitque Matre etiam Celſi ad Chriſtum adductâ. Caput demùm omnibus ſub annum Chriſti CCCXI aufertur. Sed neque ſic locus coronæ defuit. *Ex Surio.*

MEDITATIO
De non differenda morum emendatione

1. DEUS vult te ſalvum fieri. Sic enim amat omnes homines, ut nullius mortem velit, ſed potius, ut omnes vitâ vivant ſempiternâ. Ideo Filium ſuum, mandata, Sacramenta, & gratiarum copiam dedit. Quantum tibi debeo, Bonitas infinita, quod mihi tot vias aperueris ad ſalutem! An fui tot beneficiorum memor? An iis rectè uſus ſum? quâ ratione incubui meæ ſaluti? Agnoſco, Domine, tua in me beneficia, & vehementer doleo, quod iis tamdiu malè utens, repugnârim amantiſſimæ tuæ voluntati.

2. Salus tua ex te, in manibus tuis vita, & mors, paradiſus, & infernus. Gaudes libertate, nunquam deſunt gratiæ. Ah! poſſum meam mihi felicitatem comparare, & in manibus meis ſunt ſortes meæ; & ego dies ſalutis miſerè dilapido! *Amicus Dei, ſi volo, ecce! nunc ſio, Si aliquando, cur non modo?* Aug.

3. Non vis, cùm potes; erit aliquando, cùm maximè voles, nec poteris tamen. Profectò ſalutem quam nihili pendis, cum volens ac lubens ab ejus viâ declines. Velles quidem hujus, & alterius vitæ deliciis potiri, Deo ſervire, & mundo; hoc fieri nequit. Uni ſaluti conſulere potes, petit Deus; erit tempus, cum non poteris, nec volet Deus.

S. MARTIANVS.

10. Januarii.

Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, & juſtus, ut remittat nobis peccata noſtra & emundet nos ab omni iniquitate. S. Joan. Ep. 1. cap. 1.

NOvit MARTIANUS maximæ Ædi Bizantii, præpoſitus, Orationem, quò cœlos & certiùs & citiùs peteret, alatam reddere, creberrima illi jejunia & Eleemoſynas jungendo. Multus præterea in extruendis Cœnobiis templiſq; fuit, monumentis, quæ ferè unica in mortali homine immortalis Deus probat. Plenam, quoties foras prodivit, manum circumtulit, cum vacuâ nullũ à ſe inopem paſſus abire. Veſte, quamdiu vixit, non niſi unicâ ſemper uſus, hac etiam